



## **Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.**

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum  
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuritur ... contra  
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure  
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;  
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &  
heriditarias quasi successiones

**Epo, Boetius**

**Duaci, M.D.LXXXIIX.**

121 Pœnitentiæ locus in contractibus innominatis, & quatenus & quandiu.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

conscijs sunt iniustæ tergiuersationis & appellationis friuolæ; G. verò deceptum illuc profectum fuisse atque rem totam gestam retulisse Summo Pontifici, qui iudices tandem delegatos hic nominatos & expressos dedit. Antiquiores plerique Doctores nostri, Innocentius nimirum quartus, Ioannes Andreæ, Antonius de Butrio, similesque, sic accipiunt hoc nostrum capitulum quasi principaliter in eo decideret Pontifex, eos qui beneficia sua permutant auctoritate propria priuandos iis esse nisi simplicitate quadam & non malitia peccauerunt, quo casu simplicitati parcendum esse; atque ita capitulum hoc meram continere gratiam: sed longè tum verior tum iuri permutationum perpetuo conformior est Floriani & Ioan. Imolensis & Zabarellæ Cardinalis & aliorum recentiorum summaria capituli huius comprehensio principalis quam præmisimus initio. Nam cum rerum permutatio referatur inter contractus innominatos toto tit.  $\pi$ . de rer. permutat. pœnitentiæ locus est re integra l. 3. in principio. vers. sed si tibi. & vers. quid sita.  $\pi$ . de condict. caus. dati caus. non secut. Res autem dicitur integra illi cui contractus non est impletus, non autem illi cui iam impletus est contractus iuxta Glossographum & DD. ad l. 1.  $\pi$ . de condict. caus. dati caus. non secut. Ideoque G. hoc loco deceptus ab L. optionem habuisset agendi vel pro permutacionis impletione (nisi simoniaca fuisset vel aliquid saltè simoniæ sapuisset) vel ad beneficij sui re-

120  
Antiquorum  
de huius cap.  
arg. sententia.

121  
Pœnitentiæ lo-  
cus in cōtra-  
ctibus inno-  
minatis. &  
quatenus &  
quandiu.

122  
Optio actio-  
nis in cōtra-  
ctibus his  
contra non  
impletens.